

954.

21

10.

[1822 I Sem.]

Cedergren.

22

De Romanorum in aedificando  
luxuria.

---

Sicut ab exiguis profecta initio res  
Romana, septem fere seculis ab urbe con-  
dita lapsis, in eam demum creverat  
molem, quae, Livio teste, jam magni-  
tudine sua ~~coeperit~~ laborare, ita, cum  
temporum vice moribus quoque se ver-  
tentibus, a prima frugalitate maxima  
Romani, victu cultuque mutatis, adeo  
recesserunt, ut ne umbra quidem anti-  
quioris eorum vitae relinqueretur. Nam  
ab eo inde tempore, quo orbi terrarum  
imperandi spes et cupiditas eos <sup>Cic. cupiditas</sup> <sup>Cic. ceperat</sup> inceserat, —  
bellaque extra Italiae fines cum barba-  
ris nationibus, luxui jam deditis, pro-  
spere eventu confecta immensis urbem  
divitiis ornarant, victores ipsi luxuri-  
osam vivendi rationem magis magisque  
seculi sunt, in qua mox perinde ante <sup>Cic. inter, praeter reliquas, aut etiam</sup> super <sup>reliquis.</sup> reliquas  
reliquas terrarum gentes, ut arte bellandi  
omnes antea superaverant, exercebant.

Romani igitur, quos e libris <sup>posterioris</sup> ~~senioris~~ temporis scriptorum cognoscimus, minime <sup>piere</sup> sunt viri illi resvera fortes, qui, paucis contenti, gloriam e praecclaris patriae amoris speciminibus <sup>vent</sup> quaerebant, - sed regnandi pecuniaeque cupido, infirmiorum oppressio, superba denique in facies arrogantia eo magis ab illis exerceri coepta sunt, quo luxuria praecipitius indies iruebat, finesque imperii longius dilatabantur. Reliquis autem sumptibus, quos in cibum, potum, servos, vestitum et similia impendebant, omissis, breviter hoc loco differere liceat de Romanorum in aedificando luxuria.

Sumtum vero in aedificando positum partim publica Romanorum aedificia, partim privata lesantur. Inter publica imprimis afferenda sunt templa, amphitheatra, thermae; privatorum autem ordini cum Caesarum locupletiumque civium domus insignes, tum splendidae omnemque cogitationem superantes villae sunt adnumerandae.

23  
Ut igitur a publicis aedificiis ordiamur, pauca primum dicenda erunt de magnificentia templorum. Quorum maximus erat numerus, quum in solo urbis circulo quadraginta viginti unum, eaque plurima <sup>summo</sup> praestantissimo splendore exstructa, numerarentur.

Nam omnia fere ex molibus marmoreis aedificata erant, laquearibus aureis <sup>nitentia</sup> gemmisque variis ornatissima. Augustus Imperator sedecim millia pondo auri ac tantam gemmarum vim, ut quingentes sestertium pretii aestimarentur, in solum Iovis Capitolini templum impendit; quod Domitianus multo magnificentius etiam excoluit; quare Martialis in epigram. 18, 3. (adulatorio quidem sermone) affirmat, non posse Caesari aequale beneficium a Deo referri:

„Nam tibi quod solvat, non habet arca Iovis.“

Pariter celebratum erat templum Pacis, insolita magnitudine a Vespasiano Imperatore excitatum, multis pulcherrimisque circumdatum columnis, quod

Herodianus (I. 14.) Commodi tempore incendio <sup>consumptum</sup> extructum esse refert. Erat enim tunc temporis unum opus cunctorum in tota urbe maximum ac pulcherrimum, idem templorum omnium opulentissimum, multoque auro et argento, a ditissimo quoque illuc quasi in thesaurum collatis, exornatum. Illius templi praestantiam Plinius quoque significat, qui lib. XXXIV, 8 historiae naturalis: Ex omnibus, inquit, quae rebus, clarissima quaeque jam sunt dicata a Vespasiano Principe in templo Pacis. Sic Josephus (de bello jud. VII, 5) omnia <sup>ibi</sup> collata <sup>et</sup> disposita fuisse testatur, quorum homines videndorum causa antea totum terrarum orbem <sup>55</sup> peragrarent.

Nec tamen reliqua ~~etiam~~ <sup>etiam</sup> templa aedesque Deorum multiplici ornamento carebant; quorum et pavimenta magnifici operis, et forium exornationem, interdum laminis aureis obduclaram, tum tegulas pictas, auratas, marmoreas, fastigia denique signis pictisque variis <sup>55</sup> condecorata memorare sufficiat.

In theatra vero et amphitheatra saepissime etiam ingens sumtus a Romanis impendebatur. Aedificia enim erant maximae amplitudinis, cujus reliquiae nonnullorum ad nostra tempora servatae, ut amphitheatri Veronensis ac Tibiani illius, quod Coliseum appellant, sunt documento. Plinius (hist. natur. XXXVI, 15) theatrum magnificentissimum describit, quod tamen a M. Scauro, aedili, (anno 76. a. C.) ad tempus tantummodo videbatur erectum, quum, vix uno mense peracto, incendio deleretur. Habebat autem triplicem foenam, <sup>58</sup> ~~vel~~ tres contignationes, in quibus trecentae et sexaginta marmoreae columnae, quarum infimae duodequadragenta pedes erant longae, statuarum interpositis tribus millibus aerearum. Ima pars foenae tota erat marmorea, media vitrea, suprema aurata; cavea vero ipsa octoginta millia spectatorum capiebat. — Eodem loco laudato Plinius aliud theatrum memorat, a C. Curione nova, ut ita dicam, infancia

exstructum. Is enim, ut ipsius Plinii  
verbis utar, "theatra duo iuxta fecit  
amplissima e ligno, cardinum singu-  
lorum versatili suspensa libramento;  
in quibus utrisque antemeridiano lu-  
dorum spectacula edito inter se aversis,  
ne invicem obstruerent scaenae, repen-  
te circumactis ut contra starent, poste-  
mo jam die discedentibus tabulis et  
cornibus in se coeuntibus, faciebat am-  
phitheatrum, et gladiatorum spectacula  
edebat, ipsum magis auctoratam popu-  
lum Romanum circumferens."

Illud tamen prodigium aedificandi studium  
ut <sup>plurima luxuriosae genera</sup> luxuriae species plurimae, Imperatorum  
demum temporibus Romanorum animos  
<sup>invadere</sup> incitavit coepit. Nam ante M. Scaurum  
nullum theatrum lapideum erat erectum,  
amphitheatrum vero ejus generis Sta-  
bilius Scaurus Augusti Imperatoris aetate  
exstruendum primus curavit. Quibus  
enim priore tempore utebantur Romani,  
<sup>ea</sup> <sup>ad tempus</sup> temporaria solum fuerunt atque e  
ligno facta fuerunt. Sed postea in-  
ter exornandis luxuria magis magis-  
que aucta eo tandem progrediebatur,  
ut et vela <sup>hyemina</sup> ~~con~~ <sup>con</sup> ad lectum

25  
insigne formandum, quod solis pluviae-  
que arceret vim, per aërem extenderen-  
tas, et fistulae, in toto theatro vel  
amphitheatro collocatae, odores in specta-  
tium catervam adspargerent.

Quid dicam de Naumactiis, ubi in  
aedificio maximo, forma amphitheatri  
exstruito, <sup>ingens</sup> arenae loco effusus lacus,  
marmore saepius stratus, ad pugnas na-  
vales committendas aqua repletus est;  
quod tamen nondum videtur satisfecisse  
<sup>Elagabalo</sup> Elagabalo, quem adeo in euripis  
vino plenis naves circenses exhibuisse  
feratur. —

Jam ad thermas venio, quarum  
infinitus erat numerus ac superfluous  
incredibilisque ornatus. Agrippa enim  
in aedilitate sua centum septuaginta  
exstruxit (Plin. h. n. xxxvi, 15), quas  
etiamsi pulchritudine illis quidem,  
quae postea vel in publico, vel in pri-  
vato essent usu, cedent, satis tamen  
amplos fuisse ordere licet, quem  
jam Augusti tempore <sup>insana aedificandi lingua</sup> aedificandi  
<sup>grassari</sup> luxuria insanire coeperit. Qua vero  
magnificentia thermarum Romanorum  
publicae sequentium Imperatorum

temporibus structae fuerint, cum e Plinii aliorumque libris, tum <sup>3</sup> ex <sup>4</sup> epistola 56. Senecae maxime patet. Qui <sup>5</sup> quum Scipionis Africani balneum descripsit, <sup>6</sup> in haec demum <sup>tandem exclamat:</sup> verba prorumpit:  
„At nunc quis est, qui sic lavari sustineat? Pauper sibi videtur ac sordidus, nisi parietes <sup>magis</sup> et praefixis orbitibus resulerant, nisi Alexandrina marmora Numidicis crustis distincta sunt, nisi illis undique operosa et in picturae modum variata circumlilio praetextas, nisi vitro absconditus camera, nisi Thasius lapis, quondam rerum in aliquo spectaculum templo, pivinas nostras circumdedit; in quas multa sudatione corpora exinancia demittimus, nisi aquam argentea epistomia fuderunt. Et adhuc plebejas fistulas loquor. Quid quum ad balnea liberlinorum pervenero? quantum staluarum? quantum columnarum? et nihil sustentium, sed in ornamentum positarum impensae causa: quantum aquarum, per gradus cum fragore liberlinum? Eo deliciarum pervenimus, ut nisi gemmas calcare nolimus? — Nam et aurum et argentum <sup>ubique</sup> undique in balneis

26  
profusa videbantur, fundusque vel ipsius baptisterii saepius erat margaritis gemis <sup>distinctus</sup> que caelatus. Quin etiam parietes odoratissimis balsamis inunctos et oleis <sup>navigium</sup> fragrantissimis aspersos fuisse relatum legimus.

Haec praecipua sunt aedificia publica, quae Romanorum in aedificando luxuriam testantur, quamquam et alia, si quis fusius de hac re agere vellet, digna essent memorata. Nam inter architecturae opera circi quoque, porticus, aquaeductus, gymnasia luxus speciem saepius praese ferebant; quibus tamen omnibus omissis, iam ad privatas Romanorum locupletiorum domus transeamus.

Atque etiamsi Senecae sententia (de benef. VII, 10.) divitum Romanorum aedificia privata novumquam laxitatem urbium magnarum vicisse, hyperboles instar dicta videatur, concedere tamen <sup>cogimus</sup> coacti sumus, multo eorum domos majores fuisse, quam ullas nostrorum temporum aedes regias. Anguste enim, ut apud Valerium Maximum legimus (IV, 4, 7.), se habitare

putabant, quare quorum domus tantum  
patebant, quantum Cincinnali rura  
patebant. Descriptio vero aedium pri-  
vatarum magnificentior<sup>um</sup> fuit haec: Pri-  
mum aditum dabant vestibulum, unde in  
atrium veniebatur, porticibus circumolu-  
tum, tum sequebatur impluvium, <sup>latius qui</sup> quod  
locus erat forma quadrata sub divo situs  
in media domo; nam una parte, ut  
dictum est, atrium <sup>ad</sup>allegebat, tribus vero  
aliis partibus magnis numeris cellarum  
omnisque generis cubiculorum duae ple-  
rumque formabantur aedium contigna-  
tiones. Haec ipsa triplici parte impluvium,  
quod locum saepius conlinebat spatiosius  
causa, multis ornatum figuris, aramque  
Deorum penatium, peristylis seu porti-  
cu magna circumcludebatur. Maximum  
inter cubacula antea nominata e regione  
atrii erat coenaculum seu triclinium;  
delicati vero homines alius utebantur  
tricliniis aestivo tempore, alius hiemali,  
quorum alterum  $\ominus$  septentrionem, al-  
terum  $\ominus$  meridiem versus erat collo-  
catum. Ingens fuit magnificentiae  
cultus in aedibus interioribus. Nam  
camerae ac parietes lacunarum, modo

27  
auro et ebore, vel plano, vel caelato, obditi,  
modo crustis marmoris vitrique segmen-  
tis vestiti reperiebantur. Pavimenta  
praeterea antiquiore quidem tempore  
e gypso plerumque erant facta, tum  
lithostrata, seu marmoris varii  
majoribus segmentis strata, postre-  
mo saepius tessellata et vermiculata,  
seu tessellis minutis vario colore ad  
rerum figuras velut pictura quadam  
exprimendas distincta. Quid? quod pa-  
vimenta etiam ex uno tantum preti-  
oso lapide, ut ex achate, porphyrite,  
onyxide facta commemorantur.

Aliquantum diem longius, quam civi-  
um Romanorum locupletissimi in  
exstruendis exornandisque domibus  
Caesares nonnulli, ut Caligula, Nero,  
Domitianus, processerunt. Neronis enim  
domum auream<sup>x)</sup> sic depingit Sucto-  
nius (Ner. 31.): „Vestibulum ejus fuit, in  
quo colossus centum viginti pedum  
staret ipsius effigie; tanta laxitas,  
ut porticus triplices milliarias ha-  
beret; item stagnum magis maris

x) ut unum certe  
offeramus exem-  
plum,

instar circumseptum aedificiis ad urbium  
speciem. Rura insuper, arvis atque  
vineis, et paucis silvisque varia,  
cum multitudine omnis generis pecudum  
ac ferarum. In ceteris partibus cuncta  
auro lita, distincta gemmis unionum-  
que conchis erant. Coenationes laquea-  
tae tabulis eburneis versatilibus,  
ut flores, fistulatis, ut unguenta  
desuper spargerentur. Praecipua coe-  
nationum rotunda, quae perpetuo  
diebus ac noctibus vice mundi cir-  
cumageretur: balineae marinis et Alba-  
lis fluentes aquis. Ejusmodi domum  
cum absolutam dedicaret, haecenus  
comprobavit, ut se diceret quasi homi-  
nem tandem habitare coepisse. —

Ceterum <sup>hoc</sup> saltem notandum videtur,  
domibus illis locupletiorum primariis  
alia quoque aedificia adjuncta fuisse,  
ut domicilia fervorum, balnea, hip-  
podromi, porticus et gymnasia, ma-  
gna saepius amplitudine nec tenui  
cultu aedificata. In primis vero  
sunt et magnificentia aedificandi  
in villis Romanorum, quarum, mo-

dica interdum oppida amplitudine superan-  
tium, magnus numerus cum in tota  
Italia, tum in Campaniae littore  
circa Bajas maxime reperiebatur,  
apparebant. Duarum, quae his in  
villis distinguebantur, partium altera  
erat villa urbana, ad similitudinem  
urbanarum aedium structa, ampliori  
tamen, ac majore etiam cultu exor-  
nata, turrique ~~atque~~ plerumque in-  
structa, unde a Triglinio pulcherri-  
mus vel in mare, <sup>vel</sup> alias in regiones  
villasque vicinas prospectus patebat.  
altera villae pars, quae rustica nomi-  
nabatur, ad usum rei villaticae  
servorumque habitationem erat consti-  
ta. Haec etiam voluorum pecudumque  
receptacula, ut ornith<sup>ones</sup> et lepofaria,  
quae in magnificentissima demum  
aedificia degenerabant, <sup>ebant</sup> perlinuerunt.  
Omnino Romanorum in aedificando  
luxum vel maxime ex villis colligere  
possumus, quas "Domini terrae fasti-  
diosi" interdum etiam in mari ipso  
saxis ingentibus magnaue ruderis vi

in profundum ~~projectis~~<sup>con-</sup>jectis, prodigio sumtu  
aedificabant. Alii contra luxuriosi ad  
villas aliquantulum a litore remoti-  
oro aquam marinam canalibus fossis  
que longissimis deducebant, ut in stagnis  
suis pisces, qui in mari tantummodo  
vivebant, diligenter sibi alerent cupidiae  
causa. accuratorem villarum Romana-  
rum descriptionem cognoscere licet e  
Plinii Secundi epist. II, 17, qui, minime  
quidem unus e luxuriosissimis tunc tem-  
poris hominibus, admirandas tamen im-  
pensas in villam suam factas ostendit.  
~~Cuiusque~~<sup>Cuiusque</sup> vero mens nonnullorum pro-  
diga in villis excolendis ~~procefferit~~<sup>procefferit</sup>, Sene-  
ca ~~in primis~~<sup>in</sup> memoriae ~~prodit~~<sup>prodidit</sup>, qui epist.  
122: Nonne, inquit, contra naturam vivunt,  
qui pomaria in summis turribus ferunt,  
quorum silvae in tectis domorum ac  
fastigiis nutant, inde ortis radicibus,  
quo improbe cacumina exissent? Non  
vivunt contra naturam, qui fundamenta  
thermarum in mare jaciunt, nec delica-  
te natare sibi videntur, nisi calentia  
stagna fluctu ac tempestate feriantur.  
Idem epist. 90. de vasculis loquitur  
conationum laquearibus, quae ita

29  
coagmentata erant, ut subinde alia facies  
atque alia succederet, et toties tecta,  
quoties ferula, mutarentur. —

Haec exposuisse sufficiat. Jam enim  
pluribus hujus dissertationis locis haud  
dubie libitatum est, quam ut sermo  
ad novas forsasse errores longius etiam  
extendatur. Sunt praeterea Seminarium  
nostri sodalibus in exercitatione ejusmodi et  
termini quidam consilium et tempora  
dicta ad themata, quatenus viribus liceat  
~~tractanda~~<sup>tractanda</sup>. Ad finem igitur festinandum  
est, ac de commentatione ista iudicium  
aequo, quantum fieri poterit, animo  
expectandum.

